



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Vita S. Libori[i], Cenomanensis Qvondam Episcopi: Nunc Paderbornensivm Tvtelaris Divi**

[S.l.], [ca. 1650]

Capvt VI. Baduradi II. Episcopi Paderb. Virtutes egregiæ & Zelus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45568**

modo lingua prædicauit. Qui cum, <sup>cionari lin-</sup>  
 toties victoriâ potitus, quoties in <sup>gua solitus</sup>  
 procinctu positus, multas sibi gen-  
 tes, multa regna subiecerit: constat  
 tamen eum gloriosissimè etiam de  
 Diabolo triûphasse: cui tot anima-  
 rum millia, priùs sub eius tyranni-  
 de captiua, in conuersatione nostre  
 gentis eripuit, & Christo Domino  
 acquisiuit. A quo illum hoc recipere  
 præmium & confidimus, & opta-  
 mus, vt fruatur in cœlis Apostolo-  
 rum consortio, quorum functus est  
 in terris officio.

## CAPVT VI.

*Baduradi II. Episcopi Paderb. Virtutes egregiæ  
 & Zelus.*

**V**T verò ad propositum re-  
 deamus, defuncto Carolo,  
 Hathumaro quoq; Episco-  
 pò non longo pòst tempore ab hac  
 mortalitate ad perennem, vt credi-  
 mus vitâ assumpto, successit ei vir e-  
 gregius



*Baduradus  
II. Episco-  
pus Paderb.*

gregius nomine Baduradus: qui & ipse ex hac regione nobili ortus pro sapiâ ex eiusdē Ecclesiæ Clero elect<sup>9</sup> est. Qui præclaræ inorū nobilitatis, magnanimitatis & industriæ merito, familiaritatem regiam intimè consecutus, tantæ dignitatis locum promeruit, vt ei non minor facultas, quàm voluntas amplificandæ, prouehendæ, atque adornandæ Ecclesiæ sibi commissæ suppetere videretur. Tunc verò, tanquam ad hoc sibi datam diuinitus excellentiam aduerteret, nihil sui laboris studijque subtraxit ab acquirendis & procurandis omnibus, quæ ibidē ad diuinæ laudis augmentum, ad utilitatem Christiani populi nouerat pertinere. Hæc illi cura prima imminebat, ecclesias per omnem parochiam suam sub celeritate construere. Principalem vero Basilicam ingenti decore & grandi opere extollere: res omnes ad eam pertinentes modis varijs adornare: augmen-  
tare

*Ecclesias  
plures exae-  
dificat.  
Basilicam  
principalem  
exstruit.*



tare Clerum : disciplinam monasterialē instituere : pueros tam nobiles, quā inferioris conditionis, in Scholam congregatos, in diuinæ legis eruditione nutrire. Quod eius laudabile studium, ita felix profectus comitabatur, vt verè illum ad hoc à Deo præsignatum, & rudimentis eius loci cœlitus concessum dicere valeamus.

*Scholas eo  
rigit formā  
de ad pietatē  
Iuuentutis.*

## CAPVT VII.

*Translationis S. Libori occasio : Qua huic præuia : Quis instituta modus.*

**Q**VIA verò rudis adhuc in fide populus, & maximè plebeium vulgus difficilè poterat ab errore gentili perfectè diuellī, latenter ad auitas quasdam superstitiones colendas sese conuertens, intellexit vir magnę prudētię, quòd si præcipui alicuius Sancti illic corpus allatum, miraculorum,

*O notate pō  
steri, & de  
SS. Relē.*

D

vt fie.